istas confiteri est superfluum. Secūde sūt que alleuiāt. s. que īportant ɔuenientiam: vt facere malū ex bona intētione vel ignorātia: ⁊ istas ɔfiteri est impfectum: nisi timeret scandalū confessoꝝ. Tertie sūt que important disconuenientiam ex suspicione: vt furari multuȝ. ⁊ istas ɔfiteri est pfectum: qꝛ aggrauant peccatū: nisi imineret periculū sui vel ɔfessoris: vel alterius tertij. Sed qꝛ nō mutant spēm nec aggrauant in infinitum: non ē necessariū eas ɔfiteri scd̄m Tho. sed Pe. dicit ꝙ q̄uis ista sit cōis opinio: tutioꝛ tñ ē alia. s. vt ɔfiteatᷣ eas s. cum notabiliter aggrauant: vt furari centum multo grauiꝰ ē q̄ȝ furari vnuȝ Quarte sūt que aggrauant ⁊ mutant spēm: non tñ in infinitum grauāt: vt qñ vtrunq̄ȝ ē veniale: vel qñ primū ē mortale scd̄m veniale: vt in speciebus gule quarum vna aduenit alteri: ⁊ sunt qñq̄ȝ veniales ⁊ qñq̄ȝ mortales: ⁊ istas cōfiteri non ē necessarium: nec illud est ɔ hoc quod dicit Tho. ⁊ cōiter alij. s. ꝙ que mutant speciem necessario sūt cōfitende: qꝛ loquitᷣ de illis que sūt mortalia. Rō āt quare nō ē necessariū eas cōfiteri ē ista: quare circunstantia ē confitenda necessario: non qꝛ mutat specieȝ: vt pȝ in veniali: sed quia mutat in infinitū: vt patet in mortali. Sed circunstātia non mutans in infinitum: nunq̄ȝ aggrauat in infinitum: qꝛ intendit penas ⁊ non extendit. Extēsio. n. ē infinita: nec pōt crescere: sed intēsio ē finita: ⁊ semp pōt crescere. Nulla ergo talis que nō mutat seu aggrauat in infinitum ē necessario confitenda. Quinte mutant ⁊ q̄ñq̄ȝ aggrauāt in infinitū: vt qñ veniali actui: puta ad gulam studiose preparatam additᷣ ebrietas: vel notabilis anticipatio hore in ieiunio sine causa. Sed vtrū ī religioso sit mortale: qđ alteri est veniale: dicendum ꝙ non: puta dicendo verbū ociosū ⁊ hꝰ: nisi speciē mutaret: qꝛ nubere vel velle nubē: qđ secularibus non est pcc̄ȝ: si hoc fiat cā prolis generande: vel veniale ꝓpᷣ voluptatem: ē mortale religioso professo clerico vel ordinato: qꝛ sacrilegium est non aūt p̄mi motꝰ luxurie furti: vel inuidie: qꝛ nullus vouet se nͦ habiturum p̄mos motus q non sūt ī nr̄a ptāte: hec Pe. de pal.

¶ Circunstantie que trahūt pc̄m ad aliud genꝰ sūt ɔfitende.

Et nota s̄m Tho. in quadam ep̄la: ꝙ ille circunstātie dicūtᷣ trahere pc̄m ad aliud genus Et ideo de necessitate ɔfitende que habent spālem repugnantiam ad aliqđ p̄ceptorum diuine legis. Sicut furtum simpliciter repugnat huic precepto: nͦ furtum facies. Si vero fiat furtum in loco sacro circūstātie loci: illā repugnātiā hȝ ad aliud p̄ceptoꝝ: qđ ē de veneratōe sacramentoꝝ: ⁊ additᷣ noua spēs pccī: ⁊ sic de alijs.

¶ Pc̄m cōmissū die festo trahitᷣ ad circunstantiā aliā.

Dicit Nico. de lyra sup Exod. ꝙ pc̄m mortale commissum die festo habȝ spāleȝ repugnātiam ad illud de sanctificatione festoꝝ ⁊ sabbati: quia magis est opus seruile opus peccati q̄ȝ opus manuale. Opus auteȝ seruile ibi prohibetur: ⁊ sic ē mortale vltra propriam deformitatem sue mē: ex hoc ꝙ committitur in die festo hȝ aliam deformitatem quam oportet

confiteri: ꝛ in fine dicit idem Tho. ꝙ illud ꝙ dr̄ circunstantias non trahētes peccatum ad aliud genus: siue speciez non eē de necessitate confitendas: non eē referendum ad numeꝝ peccatoꝝ ꝛ eiusdē spēi: q2 numeꝝ tenetur ꝯfiteri si pōt: q2 non est vnum sed multa: ꝛ hoc nota diligenter.

Nota tertio ꝙ cuz cogitatio cū deliberatione rōnis in actum peccati mortalis .s. deliberādi illum actum agere: etiam absq3 ope sit peccatū mortale: ideo ad singulas peccatorum species post peccata opis interroga etiam de peccatis cogitationū illi9 peccati tm̄: ꝛ de peccatis oris: ꝛ cuz opus alicuius peccati ꝛ deliberatō mētis ad illud agendum absq3 opere sit eiusdem speciei specialissime: s3 differt ſm maius ꝛ minus: vel perfectum ꝛ ipfectum: q2 .s. maius pcc̄m est in opere ꝙ̄ in sola cogitatiōe: iō etiam de circūstātijs hi9 cogitationū interrogandū ē: puta si dicit penitens se consensisse cogitationibus luxuriosis: q2 hoc pōt eē multipliciter: ꝛ in diuersis speciebus: iō intrroget̄ de qualitate ipsarū cogitationum: vt si deliberauit tale peccatuz committere cum soluta: q2 tūc fornicatio ē: si ipse solutus est. aut cū coniugata: q2 tunc adulterium est. aut cū cōsāguinea: q2 tūc icest9 ē: ꝛ sic de alijs luxurie speb9 ꝛ alioꝝ vicioꝝ.

¶ Peccatū diuidit̄ in tria.

Pro aliq̄li declaratōe p̄dictoꝝ nota qd̄ dicit Tho .i.2.q.72. ꝙ pcc̄m diuidit̄ per hec tria. s. pcc̄m cordis: oris: ꝛ operis: non sic p diuersas species completas: sicut differūt specie bos ꝛ leo ꝛ capra: sed sic per diuersos gradus peccati: sicut domus in fundamentum diuiditur in parietē ꝛ tectum sicut in species incompletas. Consūmatio igitur peccati est in opere: vnde peccatū operis habet speciem completam. Sed p̄ma inchoatio eius est quasi fundatio in corde. ¶ Secūd9 gradus eius est in ore: ſm ꝙ habeo ꝓrumpit facile ad manifestandum cōceptū cordis. ¶ Tertius gradus est i cōsūmatione operis. Pz ergo ꝙ hec tria ptinent ad vnā pfectam speciem: cū ab eodem motiuo procedant. Iracūd9 .n. ex eo ꝙ appetit vindictam p̄us turbatur in corde: secūdo in verba contumeliosa ꝓrūpit: tertio ꝓcedit ad facta iniuriosa: vt percussionē ꝛ hi9: ꝛ sic de alijs q̄buslibet: vt luxuria. Nec tm̄ sic intelligendū est peccata cordis esse species icōpletas quasi non sint mortalia: imo q̄n in eis est cōsensus deliberatiuus ad actus qui de se sunt peccata mortalia tales cogitationes sunt peccata mortalia: ꝛ si nō ita grauia sicut peccata operis: vt dc̄m est. Et q̄n sit simul cogitatio cū locutōe ꝛ opere vnū est pcc̄m: vt patet de luxuria ꝛ alijs pcc̄is. quando vero quodā tpe dliberat fornicari: ꝛ alio tpe diuerso ꝛ distanti fornicat̄: sūt duo peccata mortalia.

¶ De delectatōne vero morosa aliq̄d dicet̄ suo loco.

¶ Regule quinq3 cognoscendi pcc̄m mortale a veniali.

Ad cognoscenduz vero q̄n peccatum est mortale vel veniale nota quinq3 regulas.

¶ Prima est q̄n amor vel affectio ad aliquam creaturā. s. se vel aliam tm̄ crescit: vel est tam magn9 ꝙ i eo ꝯstituit̄

vltimus finis.i.ꝙ nec actu nec habitu
ordinat illaȝ creaturā:aut eius dilecti-
onē:aut ēt seipsū ſm deū:ꝛ vellet cum
tali creatura ꝯtētari:ꝛ non curaret de
um offendere:aut eius precepta trans
gredi ꝓpter illam creaturaȝ:ita ꝙ ibi
ē aliqualis ꝯtemptus dei: si non ē for-
malis:tñ īterꝑtatiuus:ꝛ est fruitio cre
ature:qꝛ preponit̃ creatura deo.vñ cū
aliquis vellet hic cū creatura sēꝑ ma
nere non curādo de eterna beatitudīe
lȝ non sint semꝑ rudes de hoc interro
gandi vel tentandi:tñ talis amor crea-
ture semꝑ ē peccatū mortale.Qñ autē
aliquis diligit aliquam creaturaȝ plus
ꝙ̃ deum:sed ꝓpter hoc nollet deū of-
fendere:aut eo carere:nec eius amiciti
am perdere:talis amor creature ē pec
catum mortale.¶ Secunda regula sa
tis ꝯcordat cum precedenti.s.cū notabi
liter ꝯtra dilectionem proximi aliquid
committit̃:tunc ē mortale peccatū.qñ
vero non:tunc ē veniale.qñ vero aliqd
fit ꝯtra dilectionem dei: pōt attēdi pe
nes hoc quod repugnat charitati vel
amicitie:quaȝ debemꝰ ad deuȝ habere
super oīa.quando aūt aliquid fit ꝯtra
dilectionem ꝓximi: pōt attendi penes
ista precepta legis nature.s.qđ tibi non
vis fieri:alteri ne facias:ꝛ qđ tibi rōna
biliter:ꝛ ex debito vis fieri alteri faci-
as:ꝛ pōt etiam attendi penes scandalū
actiuum qđ ego infero proximo meo
per mala exempla:sed inꝙ̃tum impor
tat aliquid contra dilectionem:vel ꝙ̃-
tum sit illud scandalum: ad hoc ꝙ sit
mortale non precise determinatum est
qꝛ in modico facere contra proximum
non est mortale:aut in paruo scandali
ȝare.vnde quilibet attendat seipsuȝ qđ

sibi vellet fieri:ꝛ quod sibi nollet fieri:
ꝛ per qđ factum ꝛ non factum soluere
īter se ꝛ amicum suum amicitiam quā
simul habent. ¶ Tertia regula:quan-
do omittuntur contra preceptum dei
ꝛ ecclesie:vel legis nature vel superio-
ris:que precepta sunt de necessitate sa-
lutis:vel ꝯtra votum publicū:vel ꝓua-
tum:vel ꝯ̃ iuramentū licitum : et tunc
ē mortale peccatum .qñ vero citra:tūc
non ē mortale. ¶ Quarta regula:cum
aliquid fit vel cōmittitur vel omittitur
ꝯtra ꝯscientiam vere vel false dictantē
aliquod peccatum mortale:vel ꝯ̃ ꝯsciē
tiam formidantem probabiliter:vl' du
bitatiue:an aliquod peccatum sit mor
tale:tunc semper est mortale si consciē
tia non sit sufficienter instructa.
¶ Quinta regula:de actibus intus ma
nentibus quando quidam hȝ solaȝ co
gitationem de aliquo ꝙ̃tuncunq̃ tur-
pem:vel malam absq̃ cōplacentia seu
delectatione vel consensu: tunc nunꝙ̃
est peccatum mortale:vel nullum : vel
veniale.qñ vero est consensus in actuȝ
qui esset peccatum mortale:tunc semꝑ
ē peccatum mortale:qꝛ deus volunta-
tem pro facto acceptat.qñ autem cum
cogitatione aut cōplacentia est delecta
tio morosa in aliquo turpi specialiter
in libidinosis:tunc est mortale ſm dcȝ
Augu.esto ꝙ non sit cōsensus in actū
ſm hoc dictum Augu.iudicium est ꝯ̃
peccatis interioribus.ad quod etiaȝ fa
cit distinctio supra posita de sensualita
te ꝛ ratione:ꝛ de peccatis preuenienti-
bus ꝛ sequentibus deliberationeȝ.Ap
plicando igitur septem vicia capitalia
que non semper sunt mortalia:sed sūt
male radices ī homine:ex quibꝰ oriūt̃

septē venialia.

¶ Que debeat seruare et scire cōfessor vtilia et necessaria in ipso exercitio confessionis. §.4.

Ultra excōicationē iuris cōis sciat cōfessor si penitens icidisset in sniam ɔstitutōis synodalis: ideo oꝫ inuestigare de ɔstitutōibus illius diocesis: si quas haberet: vel etiā prouincie vel legationis: vt melius possit penitentibus prouidere. Diligenter querat de numero peccati: quotiens incidit in id vel in illud: quia homiens se pe transeunt illud leuiter: et de circunstantijs necessarijs: et de peccato qđ alteri iam rite confessus est: non queras cū non teneat nisi in casu in q̄ tenet cōfessionē iterare: de quo plene. s. in titu. prece. et non solū de peccatis opere perpetratis: sed et de peccatis cordis et de numero eoꝝ: que persone paruipēdūt interrogandum est. Et qꝛ fꝫ Tho. i. z. peccatum cogitationis et operis in eadē mā sunt vnius et eiusdem speciei: sꝫ differunt fm magis et min⁹: qꝛ. s. pcēm operis est grauius peccato cordis. Jō etiam interrogandum est de specie: et circunstantijs necessarijs peccatorum cordis: verbi grā: Si dicit se in mente solum deliberasse mulierē cognoscere i terrogādū ē vtrum solutā vel nuptā virginem vel aliam: et qua die: et hoc qꝛ ipsi faciunt illud peccatuꝫ esse diuerse speciei. Et si mulier facias eā ex transuerso stare: nec facieꝫ eius aspicias: qꝛ facies eaꝝ vent⁹ est vrens: ait ꝓpheta. Sed nec viꝝ decet frequenter aspicere in facie: ne eum erubescere facias vltra q̄ꝫ oportet: virosqꝫ graues et sapientes dulcius et vrbanius oportꝫ rephēdere rusticos grossos: ac ideotas durius: ne peccata sua paruipendāt ex leuitate sermonis. Stimulatos vero ex dolore et desperatione: quantuncūqꝫ peccata cōmissa sint grauia cōfortare et animare expedit inducēdo exēpla David Magdalene Pauli Petri Latronis et hi⁹ induratos: et se excusantes aggrauare peccata eoꝝ oñdendo eorū pericula: exemplo Ade Saulis Jude et hi⁹: qui seipsos desperauerunt. ¶ Nota fꝫ m. Uber. li. de of. or. ꝙ illorum confessiones ꝑus sunt audiende et libentius qui magis indigere putant: vel qꝛ raro venire solent: vel qꝛ sūt extranei: vel qꝛ sūt i maiori statu: vel de quorum ɔfessiōe sperat vtilitas futura.

¶ Quomodo se hr̄e debeat confessor audiendo mulieres.

Idem dicit de audientibus mulieres caueāt ne nisi in publico audiāt: et nisi ab aliquo videātur: nec multum immorent: nisi q̄ꝫtuꝫ necessitas cōfessionis requirit: et eis q̄ nimis freq̄nter ɔfiteri volunt assignet certū tps ex qđ ipsas non audiant: nec alijs colloquijs se eis exponant: et sep duris verbis et rigidis vtāt circa illas poti⁹ q̄ꝫ mollib⁹. Hec ille. Et hoc cōtra illos qui quotidie audiunt mulierclas et faciunt eis longas ꝑdicationes: vnde amittūt multū tpis et scādalū seqt cōiter in ipsis et in pplis.

¶ Qualis et q̄ꝫta debeat iniūgi satisfactio seu pñia a confessore penitētibus et qualiter se habere debeat penitētias iniungendo.

Nota ꝙ pro quolibet peccato mortali erat reglarit septēnis pñia iniūgēda seu imponenda

vt hetur.zz.q.i.c.predicandũ.in glo.ꝛ
33.q.z.c.hocipsũ.ꝛ.§.se.qd̕ seruabatur
antiquitus:ꝛ ista septennis pñia magis
vel minus aspera ẜm varietatẽ crimi-
num maioꝝ vel minoꝝ ꝛ circunstanti
arũ ꝛ cõpunctiones erat:qꝛ vt dic̃ Hie
ro.Apud deũ non tm̃ valet tp̃is mẽsu
ra q̃ȝ doloris:nec tm̃ abstinentia ciboꝝ
q̃ȝ mortificatio criminum: de pe.di.i.
c.mensura.Sed hodie pñie oẽs sũt ar
bitrio ꝯfessoris taxande ꝯsideratis cir-
cunstãtijs criminũ ꝛ ꝑsonarũ ꝛ hi⁹: ex
de pe.ꝛ re.c.deus qui.Dicit etiam Leo
papa.z6.q.7.c.tp̃a pẽitudinis tue mo
derantis arbitrio sunt constituenda: ꝑ
ut ꝯuersorum aĩos ꝑspexeris esse duo
tos.Ray.ꝛ Guil.ꝛ Spe.in suo reper-
torio hoc tenent ꝛ generalis consuetu-
do sic se hȝ:nec est cõtra id quod dicit
Grego.de pe.di.5.c.falsas pñias.dici-
mus que non ẜm auctoritatẽ sanctorũ
patrũ ꝑ qualitate criminum ponunt.
Hoc enĩ intellige ẜm Ray.cũ sine ne-
cessitate rõnabili dimitterẽtur pñie an
tiquitus taxate.Nam vltra illaȝ cõem
pñiam septennem ꝑ quolibet peccato
mortali in genere ponunt alie peniten
tie maiores vel minores ꝑ certis pc̃cis
ꝑut hẽtur in diuersis capitulis decre-
talium ꝛ decretoꝝ:que qꝛ cõit non dã
tur hic non pono q̃ pleni⁹ habentur in
sũma ꝯfessoꝝ li.3.ti.34.q.125.ti.de pẽi.
ꝛ re.vbi ponũtur casus.46.de hi⁹.Est
autem satis rõnabilis cã non dãdi hu
iusmodi pñias indispositio penitentiũ
ꝛ etiam aliq̃n non sufficeret tp̃us vite.
Nam vt Ray.ꝛ Hosti.dicunt:debȝ cõ
fessor talem dare pñiam quam verisi-
militer credat illũ implere ne ipsam vi
olando deterius sibi cõtingat:ꝙ si ma
gna peccata commisit ꝛ dicit se penite
re:sed non posse aliquam duram pñiã
facere:animet eũ ad hoc ꝯfessor ei oñ
dendo grauitatem peccatoꝝ: ꝛ ꝑ ꝯñs
pñiam penaꝝ sibi ꝑpter hoc debitaꝝ
ꝛ sic tandẽ iniungat ei pñiam quã libẽ
ter suscipiat:ꝛ si sacerdos non põt gau
dere de oĩmoda purgatione eius saltẽ
gaudeat:ꝙ liberatum a gehenna tran
smittit ad purgatorium.Itaqȝ vt dicit
Hosti.confessor nullo modo debet ꝑ-
mittere peccatorem desperatũ a se re-
cedere:ar.z6.q.6.c.presbyter.sed poti⁹
ĩponat ei vnũ pr̃ nr̃:vel aliq̃d leue:ꝛ alia
bõa que fecerit:vel mala que tolerauerit sint ei in pñiaȝ.Concor.Tho.i hoc
Hoc tamen sane intellige:videlȝ si ipm
alias penitet: ꝛ dicit se paratȝ facere qd̕
debet:sed hoc onus pñie sufficere non
posse tunc ꝑpter hoc q̃ȝtuncunqȝ deli-
querit:non debet dimitti sine absoluti-
one ne se desperet.Sed si dicit se non
posse dimittere odiũ vel caste viuere:ꝛ
vel alienũ non velle restituẽ:vel artẽ di
mittẽ quã sine mortali pc̃o exercere
nõ põt:vel aliud hi⁹ cũ possit nullomõ
dȝ absolui ẜm Tho.Pe.d̕ pal.Alb.qꝛ
vt dicit Grego.ij.q.3.c.Tunc vera est
absolutio sacerdotis:cũ interim sequi-
tur arbitrium iudicis.z.q.i.c.deus om
nipotẽs.qui nunq̃ȝ absoluit.de pe.di.i.
c.nemini.Sacerdos autẽ nullam debȝ
cõmittere falsitatem in sacramentis vi
tatis:vnde ꝛ de pe.di.5.c.fratres nr̃os
amonemus:vt falsis pñijs aĩas laicoꝝ
decipi non patiantur.falsas penitenti
as dicit:cum sic agitur de vno: vt non
recedat ab altero.Uerum si tale pec-
catum pur vult confiteri debet audiri
eius confessio:vt dicitur extra de pe.et

No quom petor no est absoluend⁹ qno e contrit⁹ et itedit pseuerare i aliquo delicto

re.c.ꝙ quidã.⁊ sibi aliquid debet iniũ
gi nõ tñ absoluẽdo eũ:sꝫ ei declarãdo
ꝙ ꝑpter hoc non ẽ absolut⁹:sed tñ sa-
tisfaciat precepto ecclesie annualis con
fessionis fiende:⁊ hortetur eũ ꝙ faciat
oẽ bonum qḋ põt:vt deus cor eius illu
stret ad pñiam:vt dr̃ de pe.di.5.c.fal-
sas.⁊ sic non ẽ dimittendus sine ꝯfessi-
one ne desperet:ꝙ si instet pro absolu
tõe oñdendo scãdalũ ⁊ desperationeꝫ
si nõ absoluat᷑:nullo mõ dꝫ ei assẽtire
licet tñ ei declarare:ꝙ fieri nõ põt:nec
iuuaret eũ.Et si ꝑmanet in scãdalũ ñ ẽ
curandũ:q: ẽ scandalũ phariseorũ.z.
q.3.c.inter verba.

¶ Qualr̃ se hr̃e debeat ꝯfessor pñias i
iungendo penitentib⁹.

TIa imponendo pñias:ne vile-
scat auctoritas ecclesie arbitre
tur ꝯfessor:⁊ ne ptãs clauium
contemnaĩur:de pe.di.i.c.sunt qui ar-
bitrantur.50.di.c.absit.⁊.c.sigs ꝑposte
ra.nimis malũ ẽ:si pur ꝯtingat errare
ꝙ erret dando nimis paruaꝫ q̃ꝫ nimis
magnam:vt dicit Chryso.26.q.8.c.alli
gant.q: vt ibi dicitur:Meli⁹ ẽ deo red
dere rõnem de nimia misericordia q̃ꝫ
de nimia seueritate.si enim benignus
ẽ deus:vt quid sacerdos vult esse au-
sterus:exemplum habemus a Christo
vt dicit Ray.qui nulli nunq̃ꝫ graue ĩm
posuit pñiam:sed dixit Uade ⁊ ampli
us noli peccare.⁊ ad hoc maxime de-
bet attendere confessor excidere ab eo
cãs ⁊ occasiones peccatorum:puta si
ꝯuersatio eius cũ aliquo vel aliqua est
occasio ei alicuius ruine debet ĩpone-
re sibi ꝙ dimittat si põt ⁊ hi⁹:de pe.di.
3.c.satisfactio.aliqñ imponere põt ei lo
ci mutationem:qui ei est ad scandaluꝫ
si fieri potest:di.81.c.valet.aliquãdo tñ
res sic se habent:ꝙ fieri non põt.

¶ Contraria penitentia d̃bet imponi
delicto.

ITem imponẽda est penitẽtia
ꝯria ad malum qḋ cõmisit ẜꝫ
Ray.videlicet superbo opera
humilia:guloso ieiuniuꝫ:auaro elemo
syne:⁊ hi⁹:q: contraria contrarijs cu-
rantur:de pe.di.z.c.z.Quod intellige
si creditur illum velle:⁊ posse perfice
re.Hoc enim est ad bene esse impone-
re magis istam q̃ꝫ illam.Item si est ne
gligens ad audiendum verbuꝫ dei sibi
potest iniungere ẜm Io.ꝙ audiat cer
tum numerum predicationum.Debet
tñ cauere confessor ne det taleꝫ pñiam
per quam fiat alteri preiudicium:puta
si seruo iniungatur lõga peregrinatio
vel ieiunium prolixum:ita ꝙ eius do-
minus reciperet detrimentum de ser-
uitio suo.si etiam imponeret vxori vt
daret multas elemosynas:dabit de bo
nis viri:si parafrenalia non hꝫ.

¶ Pro peccato occulto non debet da
ri manifesta pñia.

ITem pro peccato occulto nõ
est manifesta penitentia iniun
genda scilicet talis:vt possit in
de oriri aliqua suspicio peccati com-
missi.

ET nota ẜm Io.an.sup cle.du
dũ.d̃ sepul.sup ṽbo audire.ꝙ
prius dꝫ sacerdos imponere pñiam q̃ꝫ
facere absolutionem a peccatis:qḋ ꝓ-
bat ex ipso textu cle.que ꝑus loquitur
de pñia ĩiungenda:postea de absolutõ
ne:tum ẽt ex rõne:q: cum absolutio sit
cõplementũ ⁊ forma in penitentia:pri-
us debet eẽ satisfactio que est ꝑs mãlis

mālis pn̄ie: saltem in proposito actuali vt expressa satisfactōe: que dʒ imponi per sacerdotē acceptet eam penitens sicut cōfessus est: ꝛ doluit: ꝛ inde seqꝰ absolutio. Sed contrariū dicitur esse de censi. c. fi. vbi dicitꝰ ꝙ archiepi pn̄t ī visitatione absoluē: ꝛ pn̄ias imponē: ergo hoc de necessitate n̄ ꝓcedit: qꝛ tn̄ cōiter fit cōtrarium: vt. s. ꝑus absoluatur ꝛ postea īiūgatꝰ pn̄ia. qūocūqꝫ fiat vel ante vel post sufficit. Presupponit enim cōfessor illum habere propositū eā faciēdi qḋ sibi īiūget cū ipsum peniteat. Secūdū Joh. si penitentem absoluis: cuiꝰ generalē cōfessionē audiuisti absoluas eum: ꝛ a penitentijs oblitis īiunctis ab alijs sacerdotibus: ꝛ si aliq̄rū pn̄iaꝝ īiūctaꝝ memor sit ꝙ nō īpleuerit eas: si indicaueris expediens cōmittes eas nisi esset in casu a quo non posses absoluere.

¶ De ꝑmutatōe pn̄ie hēs. s̄. ti. ꝓcedēti c. fi. vbi ēt multa de satisfactōe. Memoriale dicendum penitenti circa penitentiam fiendam.

Q Autū est etiā sibi declarare ꝛ permittere: ꝙ si aliqua die ex obliuione vel negligentia dimitteret penitētiam impositā: puta ieiunium vel orationes: ꝛ huiusmodi: ꝙ possit alia die communicare.

¶ Et ꝫ Pe. de pal. ꝯsulēdū ē diuitibꝰ ꝛ nobilibꝰ ꝙ querant ꝑticipatōem bonoꝝ que fiūt in religionibus: in quibꝰ sunt ꝛ plures penalitates q̄ꝫ alibi: ꝛ magis deo accepte: ꝛ ꝙ in penitentiam īponatꝰ eis ꝙ non solū que facient per seipsos: sed etiam que procurabūt ab alijs: ꝛ oīa quoꝝ spēalitꝰ sunt ꝑticipes. Dicit etiam Pe. de pal. in. 4. ꝙ debet confessor cum minorem pn̄iam debito imponit: īnotescere ei ꝙ illa pn̄ia sibi imposita non est digna: ne decipiatur putās sufficē: sed ꝙ deberet pro quolibet mortali septēnē agere pn̄iam: quaꝫ si hic nō ꝑficiet in purgatorio luet. Si tamen per illam declarationem crederet eum incidere in desperationeꝫ: nō debet sibi hoc dicere.

¶ Quid fiendum quando penitens n̄ confitetur peccatum aliquod mortale quod confessor scit esse in eo.

D E confitente autem qui non confitetur aliqḋ mortale: qḋ nouit de eo confessor ex eo ꙙ nō reputet illud peccatū. Dicit Hoff. in quolibꝫ. 9. ꝙ si ē certū illud eē mortale: tūc quicūqꝫ cōfessor debet ei facē conscientiam de eo: cū confessor ordinetꝰ ad vtilitatē eius. Sed vtilitas eiꝰ est ꝙ sciat statum suum: nec debet eū absoluere: sed reputare eum īdignū ꝛ indispositum ad recipiēdū absolutōnē dū manet in tali statu. Sed si dubium ē vtrū sit mortale: ꝛ opiniones sūt doctoꝝ diuerse: videlicet vtrū sit licitū emere redditꝰ ad vitā: tunc autem confessor est ordinariꝰ eiꝰ: ita ꝙ tenetꝰ ꝯfessionē eius audire: ꝛ tunc si sit opinionis illius ꝙ illud non sit peccatum debet eum absoluere simpliciter. Si autem credit ꝙ sit peccatum debet ei facere conscientiam ꝙ confitens se diligenter informet de illo facto vtrum sit peccatū: sed dato ꝙ ille non vellet recognoscere illud esse peccatum: nihilominusꝰ ex quo ē ordinarius tenetꝰ eum absoluere: nec debet eū reputare inhabilem ad absolutionem: qꝛ hoc ex errore ꝛ nō ꝓterua opinione ꝓcedit

Ordinarius autem absoluendo debet
sequi cõmune iudiciũ ecclesie nõ suuz.
¶ Si aũt sit confessor delegatus qui ĩ
nullo tenet ꝯfitenti nisi velit: si credit
illud eẽ mortale non debet eũ absoluẽ
q̄a ex mera voluntate dependet vt ab
soluat: vel dimittat. dz. n. seq ꝓpriũ iu
diciũ in absoluendo: ⁊ peccaret si ab-
solueret. Hec Hoff.

Sacerdos dr̃ soluẽ vel ligare triplicit
⁊ de mõ ⁊ forma absoluendi. §. 6.

Nota tandem ſm Rai. ꝙ sacer
dos dicitur soluere vel ligare
tripliciter. ¶ Uno° ꝑ oñsionẽ
idest ostẽdendo solutũ vel ligatũ: dico
cũ absoluit. lz enĩ sit peccator ꝑ contri
tionẽ a deo absolut⁹: tñ in facie ecclesie
adhuc manet ligatus. ⁊ sic intelligitur
c. quãtũlibet. de pe. di. i. ¶ Alio° ligat
sacerdos dãdo pniam ad quam obli
gat peccatorem: ⁊ soluit cum penam
sibi debitã dimittit: vel ad sacramenta
admittit: de pe. di. i. c. mľtiplex. ¶ Ter
tio modo per excõmunicationez ⁊ ab
solutionem ab ea. z. q. 3. c. nemo fit. tañ
fit ſm Pe. absolutio a peccatis realit
per mysteriũ sacerdotis: nõ quidẽ pn
cipalit ⁊ auctoritatiue: q̄r hoc ẽ ꝓpriuz
dei: de pe. di. i. c. v̂bũ. Nec solũ ostensi
ue: q̄r ⁊ hoc faciebãt sacramẽta veter]
legis siue testamẽti: nec solũ depcatiue
q̄r sic magis absolueret bonus laicus:
q̄z malus clericus: nec solũ ꝑ ꝯtritionẽ
ꝯfitẽtis: q̄r tũc nũq̄z q̄s efficeret ibi de
attrito contritus. Sed operat instru-
mẽtalit absolutio ad remissionẽ dispo
nẽdo ad gratiã: ⁊ nisi opponat obsta
culũ fit de attrito ꝯtritũ: ⁊ iã contritio
adauget gratiam. Hec Pe. de pal. cui
concor. Tho. ⁊ fit hoc virtute clauiũ q̄

dicũt plures in effectu: q̄r vna ẽ ptãs
discercẽdi: alia diffiniẽdi. Una tamen
est essentialit. s. ptãs iudicandi in foro
anime collata a deo ⁊ in anima ĩpsa
delebilit ꝑ susceptionẽ sacerdotij: hec
Pe. ſm vero Rai. nõ ꝙ triplex est iu-
dicium: scilicet dei. Petri ⁊ celi. In pri
mo absoluit peccator per contritionẽ
In secũdo. s. iudicio petri. i. cõfessionis
ꝑ absolutionẽ: si tñ prius sit absolutus
a deo saltem ordine: alioquin nõ. vnde
dicitur. z4. q. i. c. manet petri priuilegi
um: quãdo ex equitate fertur iudiciuz
In tertio. i. iudicio celi. i. curie celestis:
absoluit ꝑ approbationem: de pe. di. i.
Alio modo ⁊ alijs v̂bis dicit triplex
iudiciũ. Primũ dei. Secundum petri
in ecclesia militanti. Tertium sursum
in eccľa triumphãti. Primum est quo
deus mundat animam in contritione
⁊ hoc precedit: reliqua duo. s. tempore
dignitate ⁊ effectu. est enĩ ille q̄ claudit
⁊ nemo aperit. aperit ⁊ nemo claudit.
¶ Secũdũ q̊d seq̄t post illũ ẽ iudiciũ
sacerdotis: q̄ auctoritate clauium ligat
vel soluit eo mõ q̊ paulo añ dictũ est.
¶ Tertiũ q̊d seq̄t ẽ iudiciũ approbati
onis. s. celestis curie ⁊ angelorum.
¶ Forma v̂boꝝ absoluẽdi penitẽtem

Dicit Pe. de pal. ꝙ homo: quia
ignorat vtꝝ vnq̄z fecẽit vnam
ꝑfectam confessionez expedit
ꝙ in omni cõfessione sacramentali p⁹
oĩa sua peccata specialiter enumerata
sequat generalis clausula. s. de oĩbus
alijs mortalibus ⁊ venialibus cõfessis
⁊ nõ ꝯfessis ac oblit]: dico meaz culpã
⁊ sic seq̄tur absolutio: ⁊ sic valebit ad
remissionẽ culpe ⁊ pene etiam mortal
⁊ scite ac etiã oblite: ad quã tamen nõ

tenebatur al's in ſpāli conſiteri iterū
q2.ſ.ſufficienter confeſſus eſt.

De forma ⁊ vi verborū que requirū
tur in abſolutione.

Forma autē abſolutionis ſm
Tho. in tractatu de forma ab
ſolutōis ē hec q̄tū ad ſubſtan
tiā: Abſoluo te: ⁊ ↄſueuit: addi ego ⁊ a
peccatis tuis: ⁊ ſi nō diceret̄ ſubintelli
geretur. quia enim in ſacramentis ver
ba habēt efficaciā ⁊ inſtitutionem tenē
da ſunt determinata verba conſonan
tia inſtitutioni diuine dicenti. ¶ Que
cūq; ſolueritis: ⁊ iſta verba cōueniunt
ego te abſoluo. Idem Inno. ⁊ Hoſti.
De iſta ⁊ alijs formis diuerſis abſolu
tionis ab excōicatione ⁊ peccatis dice
tur īfra ī fine int̄rogatorij. Solet autē
papa aliquādo tantam facere gratiā
qbuſdam vt ab oībus cenſuris ⁊ penis
ſimpliciter iuris: ⁊ ab hoīe latis poſſit
abſolui in foro ſaltem cōſcientie: ⁊ tūc
confeſſor poteſt iſta forma vti quam a
curia romana habui: ⁊ vſus ſum.

¶ Forma abſolutōis ab oīb⁹ cēſuris
⁊ penis: tā a iure q̄ȝ ab homine latis.

De plenitudine ptāt apl'ice cu
ius auctoritatem ꝑ pn̄ti gero
abſoluo te ab omnibus cen
ſuris eccleſiaſticis ſententijs ⁊ vinculis
excōicationum ſuſpenſionū ⁊ int̄dicti
tam ab homine q̄ȝ a iure latis: necnon
ab omnib⁹ negligētijs ⁊ defectibus cō
miſſis in ſacramētorū adminiſtratōe
officijs actibus tuis: vel nomine tuo fa
ctis ſupplendo de ſolita apoſtolice ſe
dis clementia omnes defectus eorūdē
aboleo ⁊ omnem maculam infamie ⁊
inhabilitatis vndecunq; contractis: di
ſpenſoq; tecum ſuper omni irregula
ritate: ſimonia in ordine ⁊ beneficio ac
tiue vel paſſiue quacūq; occaſione vel
cauſa: etiā circa te in collatōe ordinū
⁊ aliorū ſacramentorū cōtractis ſeu cō
miſſis. Reſtituo ⁊ habilito te ad ſtatū
famā honorem ⁊ executionē officiorū
eccleſiaſticorū quorūcūq;: ac ad omnes
gradus dignitatum ⁊ honorū: ad bn̄fi
cia eccleſiaſtica habita ⁊ hn̄da ⁊ tibi: ⁊
his que habes de nouo ꝓuideo relaxā
do tibi fructus quos male percepiſti
ſeu leſa cōſciētia ex eiſdem: ac alia que
ī ludo ex ſucceſſione ac alias ad te per
uenerūt q̄ ſubiacēt reſtitutioni vage ī
forma pleniſſima. In nomine patris ⁊
filij ⁊ ſpūs ſancti amē. Si autē aliquis
dubitat an pro iſtis ſpālis exigat̄ for
ma abſoluendi neceſſaria: qui a ſede
apoſtolica hn̄t ꝑuilegiū ꝙ in articulo
mortis dūtaxat ſemel poſſunt abſolui
⁊ habere plenam remiſſionem oīum
ſuorū peccaminū. i. a culpa ⁊ a pena: vt
alij exp̄mūt req̄rit̄ ſm ꝙ a magiſtris
tam in concilio cōſtātiēſi q̄ȝ baſilienſi
dictum fuit ꝙ non. Sed ſufficit ꝙ ea
omnia ⁊ ſingula faciat ꝑ quib⁹ p̄fata
indulgētia dat̄: ꝓut ī bullis vel priuile
gijs talium exprimit̄. nec putet aliquis
ꝙ quādo ī articulo mortis fuit ſemel
abſolut⁹ plenarie: ⁊ vſus ē ſemel illo
ꝑuilegio ꝙ p⁹ea ī alio articulo mortis
vti illo iterū valeat: niſi papa latiorem
auctoritatē daret: q̄ȝ dat qn̄ ponit ꝙ in
in articulo mortis dūtaxat ſemel: ⁊ ita
ꝓnſum eſt in cōcilio cōſtātienſi alio a
clariſſimis viris pluribus de hoc req
ſitis. Nec mirū: quia priuilegium de ī
dulgentijs tātū valet: vel dat quantū
ſonat: nō aūt extendi debet vltra.

¶ Quid fiendum quando confeſſor

absoluit penitentem de quo nō debuit

SEd quid de ꝯfessore: qui absol
uit cōfitētē: de quo nō debuit
aut ex ignorātia vel verecun-
dia vel festinatōe vel hı̓ᵒ: ⁊ cōfessor po
stea expit̃ se errasse: nūqd tenet̃ cōfitē
ti hoc dicē. Rndetur sꝫ omnes ꝙ con
fessus excusatus ē: ⁊ corā deo absolutᵘ
interim ꝙ nescit: licet confessor non di
cat: quid ergo faciat. Collatio facta fu
it de hoc cum multis notabilibus do-
ctoribus theologie in cōcilio basiliensi
Nam qdam dixerunt ꝙ confessor dꝫ
auctoritatē a sup̱iore ip̄etrare absoluē
di eum: ⁊ si sine magno scandalo fieri
potest: vocare non absolutum: ⁊ sibi di
cere: ac eum absoluere post auditā cō
fessionem. vel si magnuꝫ scādalū time
ret̃ absoluat eum absentē: si ab vltima
cōfessiōe adhuc sperat̃ esse i grā. Aut
⁊ alijs placuit si notabile scandalum ti
meret̃ summo sacerdoti deo cōmittat
⁊ solam cōdignā pn̄iam pro eiᵘ negli-
gētia peragat confessor: presertim qn̄
multitudo sic est neglecta: vel multi eo
rū distant a loco vbi est confessor.

¶ Quid de confessore qui non intelli
git penitentem.

QUid etiā sentiēdū est de eo q
confitetur ⁊ cōfessor non ītel
ligit eum: aut ex dormitione
aut ex impitia vel distractione nimia
vel sil'i cā. Rn̄det Jo. de bar. theologᵘ
antiquus doctor in quolibet. suis. Sa
cramentalis absolutio ideo exigit con
fessionem. Omnis vero confessio ipor
tat reuelatōem que non potest esse sin̄
relatōe vnius ⁊ perceptōe alteris: cum
ergo alteꝝ istoꝝ deficiat. s. pceptio sa-
cerdotis in p̄fato casu de illo peccato
n̄ credo eē ꝯfessionē: ⁊ ꝑ cōseqn̄ēs nec
impendi absolutionem. Hec ille. Sed
istud videt̃ debē itelligi vbi obaudita
sūt peccata grauia que sunt de necessi
tate salutis confitēda: non de alijs que
cadūt sub ꝯcilio: ⁊ vbi tl'ia modica ob
audiūt̃ raro ab eo q al's noscit ꝑsonā

¶ An penitens teneat̃ iterare pn̄iam
ei iiunctam in peccato mortali factam
in toto vel in parte: ⁊ an dicta pn̄ia ta
liter facta ei valeat in foro militantis
ecclesie. §. 7.

UTrum vͦ pn̄iam seu satisfa-
ctionem impositam ꝑ absolu
tionē debitā i peccato mortali
factam: vel in toto vel in ꝑte teneatur
homo iterare. Super hoc sunt varie
opiniones. In hoc tamen omnes con-
cordāt ꝙ satisfactio facta i mortali ita
non valet sicut nec alia opera facta in
mortali valent in foro dei ad tollendū
vel minuēdū debitū pene pro peccatis
ad qᵭ ordinat̃ oīs satisfactio: qꝛ cum
non sit in amicitia cum deo nō pōt eē
acceptū tale opus ipsi deo sic factum.
Sed vtrū valeat in foro eccl'e militan-
tis: ita ꝙ non teneatur eam iterare. In
hoc est varietas opinionum: ⁊ aliqui
dicūt ꝙ tenetur iterare: qa cū non po
tuerit satisfacē deo: nec etiā potuit sa-
tisfacere sacerdoti: qui in persona dei
illud sibi iniūxit. Sed Pe tarā. ⁊ Jo.
ꝑi. videt̃ simpliciter dicere sine distin
ctōe ꝙ talis nō tenet̃ iterare tales satis
factiones: quia satisfecit i foro ecclesie
militātis in quo date sunt: ⁊ vbi non iu
dicatur de dispositione interiori. Ideꝫ
vident̃ sentire Uincen. in speculo hi-
storiali li. 9. ⁊ d. Anibal. in. 4. Et pro
ista opinione videt̃ satisfacē impositō

ſeptēnis pniē que regularit̄ fiebat̄ pro quolibet mortali antiqt⁹:vt.zz.q.i.c. p̄dicandum. Et veriſimile eſt ꝙ in tanto interuallo aliquod mortale cōmittebant.vñ ſi oportuiſſet iterare fuiſſet laqueum ipone͞ animabus. Tho. vero cū alb.in.4.diſtinguūt de ſatiſfactione dicit enī ꝙ q̄dā ſt̄ ſatiſfactōes in quib⁹ remanet aliqs effectus in ſatiſfacietib⁹ etiā poſtq̄ʒ act⁹ ſatiſfactōis tranſit :vt in ieiunio remanet corporis maceratō vel debilitatio:ꝛ ex elemoſyna ſubſtantie diminutio:ꝛ tales ſatiſfactōes ī peccato nō oʒ iterare :quia quantum ad illud qđ ex eis remanet per penitentiā ſequētē accepte ſūt. Alie vero ſatiſfactiones ſunt que nō requirūt effectum in ſatiſfactōe:poſtq̄ʒ trāſit actus ſicut in orōne ꝛ hi⁹. Actus enim interior q totaliter trāſit nullo mō viuificat̄. vñ oʒ ꝙ tales ſatiſfactiōes iterent̄. Eādeʒ opinionem tenet Pe.de pal.magis declarans.dicit enim ꝙ in ſatiſfactōibus hñtib⁹ effectū derelictum poſt opus: vt elemoſyna p̄uatione͞ eris. Jeiuniuʒ corpis debilitatōem ꝛ hi⁹: ſi poſtea peniteat ꝛ perſeneret. Sicut baptiſmalis character hʒ effectū recedente fictōne ſic ꝛ iſtud derelictū ex ſacramento qđ opat̄ ex ope opato incipit valere ex ſequēti eius approbatione ꝛ ſacerdotis ratihabitione:cum illum vere penitet ꝛ nō ex ſimplici viuificatione:qꝛ opus opans mortuū nūq̄ʒ viuificat̄:ꝛ ſic illa pnīa ſatiſfacit:nō ſolum in foro eccl'ie ſʒ etiā in foro dei q̄ʒtū ad illud derelictum:vt ñ oporteat iterare ſic̄ ieiuniū elemoſyna ꝛ hi⁹. Sʒ ſi nō habent effectum derelictum:vt orō: talis pnīa facta ī mortali nullo mō ſatiſfac̄:gn hic vel alibi oporteat ſatiſfacē:qđ videtur intelligendū in foro dei:quia nec rōne ipſius operis cū facit:nec rōe derelicti cū poſtea penitet eum cum nō habeat effectum derelictum:ſed in foro eccl'e ſatiſfac̄:qꝛ non eſt neceſſe eam iterare ſi vult eē in ſtatu ſalutis:poſtea penitēdo:ſicut neceſſe habebat ipſam īplere cum fuit ſibi impoſita. Vñ idem Pe. dicit paulo ſupius:ꝙ qñ homo eſt de omnibus contrit⁹ ꝛ cōfeſſus: ꝛ accipit pnīam cū abſolutione:ſi recidiuans p̄agat eam in mortali:ipſe quidem ſe liberat ab īiunctione ſacerdotis :nec incurrit peccatū īobediētie:qđ īcurrēt ſi eam nō perfeciſſet:quia nō eſt fortius vīculū confeſſionis q̄ʒ dei vel eccleſie. Sed ī mortali exñs implēdo preceptū dei.ſ.de honore parētū:vel preceptum eccleſie: vt de ieiunio ꝛ de elemoſyna ab illo abſolute ſe liberat:ğ ꝛc.hec Pe. Cū ğ pnīa īiūcta ordinet̄ ad tollēduʒ vel diminuēdū debitū pene tēporalis: talis q pnīam ſibi impoſitā nō habētē effectū derelictū:vt orōnes perfecit in mortali:ſi reuertit̄ ad pnīam:ꝛ tādem morit̄ ī ſtatu grē:exq̊ illā nō iterauit: cū p ipſā nil ſit ſolutū de debito pene temporalis:ſoluet eā in purgatorio:niſi per alia bona hic ſatiſfaciat: ꝙ ſi nō reuertat̄ ad pnīam:qui pnīam pfecit in mortali quacūq̄ʒ:ſiue hñtē effectum ſiue nō hñtem derelictum ſoluet illud debitum ī īferno ſemper: ſicut ille qui moritur cum mortalibus ꝛ venialibus de vtriſq̄ʒ ſoluet penā et'nam ī īferno Quāuis enī ꝑ veniali debeatur pena temporalis que fine͞ hʒ:tñ per accidēs eſt ꝙ veniale puniatur in īferno pena eterna:ſcilicet rōe ſtatus:quia ī īferno

nulla est redẽptio. Non enim est ille status expiandi culpã ad quaz seqtur pena: ⁊ ideo semper remanente culpa veniali durat ⁊ pena. Ita tenet Tho. in.4.di.zz. Sed de pena temporali debita pro mortali post contritionez: pe. de pal. sic declarat inq̃rto: Peccator postq̃ʒ est deo recõciliatus est debitor pene finite: nõ qualitercũqʒ soluẽde: sʒ in statu gartie in quo solum est deo accepta. Aliogn est debitor pene tante: quãtã meret̃ culpa: ⁊ illa est infinita. Unde peccatori per se debebat̃ quidẽ pena infinita si erat in mortali: sed mutata fuit ĩ tẽporalẽ supposito ꝙ pseueraret in amicitia. Acceptauit enĩ deus absolutõez a pena eterna: ⁊ ĩpositionẽ pene finite sub ꝯditõe si ĩ grã fieret. Et si queratur quare deus magꝭ acceptauit absolutionem a culpa sine ꝯditiõe q̃ʒ absolutionez a pena. dicẽdũ ẽ ꝙ culpa transit ⁊ macula transit: ⁊ grã in momẽto aduenit: sed satisfactio futura est. Futuris autẽ solet cõditio apponi nõ autem pñtibus nec preteritis: vel si apponat̃: certa est: q: si est in gratia ꝓ tũc non potest esse sine gratia. Ideo remissio culpe fit sine cõtradictione: vel fit simpliciter: quia cõditio existit. Unñ sicut per sacramentum nõ remitteret̃ culpa nisi adesset grã: sic nec postea ꝑ satisfactionem remittit̃ pena nisi adsit gratia. Talis ꝗ dimissa culpa puniet̃ in inferno pena infinita: non ꝓpter cõmutationem finite in infinitum: sed qa debitor est pene ĩfinite: exquo nõ soluit penam finitam sub cõditione qua debuit: sicut ꝑdẽs ꝓuilegium cleri incidit de foro meriti ad forũ sanguĩs: sic ꝗ declinat forũ ecclesie incidẽs ĩ mortale ad forũ iusticie exterminantis inuenit penam eternam. Hoc quod dicit Pe. videt̃ intelligẽdũ de eo qui pnĩaz ĩiũctam nõ hñtẽ effectũ derelictum factam in mortali: scito ab eo: vel de quo dubitabat contẽnit iterare: vel etiam credit vel dubitat se debere iterare ex negligentia dimittit: ⁊ ex labore recusans hic ⁊ in purgatorio facere emendã deo. Sʒ siqs dimittit iteratõez talꝭ pnĩe ex impossibilitate: quia ei deficit tempus: vel credit se eam fecisse ĩ statu gratie: vel si fuerit in mortali cognito ab eo: vel etiã si scit se eaz fecisse ĩ mortali iterare facit per alium quem credit bonum: vel etiam si nec ꝑ se: nec ꝑ alium iterat credit sibi sufficẽ ad salutẽ ꝙ ĩpleuit sibi ĩiũctã ĩtẽdẽs quod hꝫ minus fecit satisfacere ĩ purgatorio: ⁊ sic deo facẽ emẽdã ꝑ hiꝰ omissionem talis nõ dãnat̃. Unñ ⁊ ipse Pe. dicit di. 45.q.z. ꝙ ꝗ facit pnĩam ĩiũctaz ĩ mortali ꝓ se ꝓ tãto nõ tenetur iterare: qa potest in purgatorio satisfacere. ⁊ si dicat̃ ꝙ videt̃ ĩcõueniẽs ꝙ tãtuz qs puniat̃ ꝓ peccato dimisso: sicut ꝓ ñ dimisso: q: pena eterna: ⁊ sic ñ videt̃ ĩ aliq̊ ꝓfuisse cõtritio ⁊ cõfessio. Rñdet Pe. ꝙ licet tãte puniat̃ extẽsiue ñ tñ ĩtẽsiue: sicut ꝓ vno peccato ita diu q̃ʒ ꝓ mille: sʒ ñ tã acerbe. Si etiam ꝑtem pnĩe fecit. s. ĩ statu gratie: ⁊ vnus dies remãsit pro illa die eternam luet penam: si non penitet: tamẽ ñ tã acerbe: ac si nũq̃ʒ ꝯtritꝰ nec ꝯfessus esset: nec ĩ aliq̊ satisfecisset aliqs peccatum rediret: hec Pe.

¶ Remediũ tutius siue cõsilium dãduz penitẽti qualiter ꝑficẽ debeat penitẽtiam sibi ĩiũctam: ⁊ que pnĩa debeat sibi dari securior.

Nota tamen ꝙ dum quis facit
pniam sibi iniūctam: si labatur
in mortale: quāuis bonum sit
quācitius cōfiteri: tamē cū ꝑ solam cō
tritionē peccatū dimittat̄ ⁊ gratia re
stituat̄ q̄ꝫcito ipse cōterit̄: etiam anq̄ꝫ
cōfiteat̄ ꝓsequēdo dictā pniam: etiaꝫ
si sit talis pnia que non relinquat effe
ctū post se in foro dei realiter satisfacit
qꝛ i statu gr̄e ē. vn̄ i nullo tenet̄ iterare
Ad tollēdum aūt omne dubium tuti⁹
videt̄ ꝙ ꝯfessor: ⁊ si dat penitētias diu
tinas det pn̄ias ut ieiunioꝝ elemosyna
rū ꝑegrinationū ⁊ hi⁹: ꝓut requirunt
peccata: nō tn̄ iniūgat diuturnas pnias
or̄onū: ⁊ p̄cipue his de q̄bus pōt dubi
tari de recidiuo.

¶ De celatōe ꝯfessionis: ⁊ de pnia sa-
cerdotis ꝯfessionē reuelantis. §. 8.

Notat Tho. in. 4. di. zi. ꝙ audi
ens cōfessionem tenet̄ celare
audita i ipsa: qꝛ i sacramentis
id qđ gerit exteri⁹ est signū eius quod
gerit īterius. vn̄ sicut deus homini cō
fitēti tegit peccatum īteri⁹: ita ⁊ sacer-
dos debet celare exteri⁹: vn̄ tāquā vio
lator est sacramēti reuelator cōfessio-
nis. Est ⁊ alia rō qꝛ. s. ꝑ hoc hoīes ma
gis trahūt̄ ad cōfessionē ⁊ simplicius
ꝯfitēt̄. vn̄ ⁊ si ex hoc aliqđ ꝑiculū futu
rū īminēt: ⁊ hoc solū sciret per ꝯfessio
nē: vt de hētico qui corrūpit fideles vł
de matrimonio illicito: qđ aliq̄ volunt
ꝯ̄here: vel de ꝓditione ciuitatis fiēda
nō ꝓpt̄ hoc debet reuelari cōfessio ad
impediēdū malū: vt q̄dam dixerūt: ſꝫ
falsum est. Debet autēꝫ monē eos qui
cōfitēt̄ vt obuiēt vel desistāt: ⁊ prelato
dicē ꝙ vigilet suꝑ gregem suum: ⁊ hi⁹
sine vlla reuelatione. Hec Tho.

Quod si iudex ingreret ab aliquo an
sciat aliq̄d de illa mā per ꝯfessiōeꝫ: vel
ꝑ aliū modū. dicit Guil. ꝙ si n̄ potest
alio modo declinare iniquum iudiceꝫ
pōt rn̄dere nihil inde scio: qđ subintel
ligit̄ vt homo: vel etiam nihil scio per
cōfessiōem: qꝛ subintelligit̄ tibi reuelā
dū: sic exponit̄ illud Matth. z4. c. de
die illo ⁊ hora nemo scit: nec filius ho
minis: ⁊ subītelligitur reuelādū vobis
Potest ⁊ hoc variare homo cum non
adducitur i testimoniuꝫ nisi vt homo
Et ideo absq̄ꝫ lesione cōscientie pōt iu
rare se nescire id qđ scit tātum vt de⁹
Sed neq̄ꝫ etiam ſm Pe. de pal. in. 4.
di. zi. ꝑ licētiam vel p̄ceptuꝫ cuiuscūq̄ꝫ
suꝑioris factum etiam pape sub pena
excōicatōis nō licet reuelare ꝯfessionē
qꝛ sigillū cōfessionis est de iure diuino
⁊ de necessitate sacramenti. Papa aūt
licet aliquādo dispēset i preceptis diui
nis: vt in votis: quorū redditio est de
iure diuino: nō tn̄ pōt dispensare in sa
cramētis. s. vt quis n̄ baptizet̄ vel ꝯfir
met̄. vel nō cōfiteat̄ ⁊ ꝙ dictum est ce
lationē cōfessiōis esse de necessitate sa
cramēti nō sic intelligitur q̄n sit verū
sacramētū: etiam si ipsa ꝯfessio non ce
laret̄: qꝛ vtiq̄ꝫ esset sacramētū etiam si
sacerdos reuelaret: q̄a nec sic ē de ne-
cessitate ꝙ deus tegat: ꝙ si non satis-
faciat deus n̄ tegit: ſꝫ reuelat ad penaꝫ
aut̄ si accedat fictus deus non tegit: ⁊
nihilominus sacerdos tenet̄ celare. ſꝫ
dr̄ celatio cōfessiōis de necessitate sa-
cramēti: qꝛ natura sacram̄ti necessitat
eum ad celandum. natura dico ⁊ q̄ꝫtū
ad id qđ ē sacramētū: qđ fit i occulto
solus cum solo: ⁊ quātum ad id qđ est
sacramētum ⁊ res. s. pnia interior que

etiam est occulta: ꝛ q̄ꝫtum ad rē tantū que est remissio peccatoꝝ: ꝑ que tecta sunt peccata. Nota ſm Pe. de pal. q̊ ga quod dicit Tho. ꝙ occultatio cōfessionis est de essentia sacramenti: non sic ē intelligenduꝫ ꝙ sit eius materia vl' forma eius: sed ꝙ est de natura eius obligatio ad occultationem: sicut si diceremus de essentia leuis est ferri sursum vel de essentia matrimonij est reddere debitum idest obligatio ad ipsum. Et autem peccatum mortale reuelare cōfessionem: quia est contra ius diuinuꝫ ꝛ positiuum: vnde ꝛ grauiter punitur ab ecclesia.

¶ Pnīa ꝯfessionis ꝯfessioneꝫ reuelantis.

Sacerdos reuelans cōfessionē de iure antiquo debꝫ deponi ꝛ toto tempore vite sue ignominiosus peregrinari: de pe. di. 6. c. sacerdos. Sed secundum. c. omnis. de pe. et re. debet deponi: ꝛ ad agendā ꝑpetuaꝫ pnīam in monasterio arto detrudi: sꝫ ſm Hosti. faciet pnīam certo tēpore ꝛ exinde aliam. Sed hec pnīa imponenda est qn̄ quis in iudicio conuincitur: de hoc vel fatetur de iure. nā al's ī foro pn̄ie videtur eē arbitraria sicut ꝓ alijs peccatis. Quanuis autē possit cōfessor de licentia penitentis manifestare eius peccatū alteri ſm Tho. ꝛ Pe. nō tamē debet vti licentia tali: nisi ad euitandū aliqđ malū: tenetur tn̄ ille cui aliquid reuelatur de lic̄ia penitētis: illud celare nisi forte peccato velit ꝙ ille absolute ꝛ libere sciat. Licentia tamen quā dat penitens confessori de reuelatione peccati q̄ꝫtuncūqꝫ gn̄alis non ītelligit' nisi ad bonū confitentis ſm Pe. de pal.

¶ Sed nota ſm eundē ꝙ si iudex diceret alicui capto pro maleficio da licētiā ꝯfessori ꝙ dicat: si tu es cōfessus de hoc vel de illo non tenet' dare: nec ex hoc ꝯ eū dꝫ haberi suspicio de delicto: q2 forte hoc facit ꝑpter vitandū scādalum: sed ꝛ si daret lic̄iam: sic licentiat⁹ debet dicere peccatum illud si esset cōmissū. Itē si p̄cipet p̄latus alicui cōfessori ꝙ diceret sibi peccatū alicuius qđ ē oīo occultum: ēt si confessus dedisset licentiam illi ꝙ diceret non tenetur dicere neqꝫ obedire vt reuelet illud: quia p̄latus non ē iudex occultoꝝ: īmo etiā si ꝯfessus esset diffamat⁹ de illo peccato: ꝛ per infamiam ꝑueīret illud ad cognitionē iudicis q̄ꝫuis ipse confessus interrogatus a iudice: siue prelato tenet' se manifestare: tn̄ confessor eius etiam habita licentia ab eo dicendi: non tenetur dicē iudici sibi p̄cipienti vt dicat ēt si scit nec dꝫ: q2 fori non sunt cōmiscendi. s. pn̄ialis ꝛ contētiosus. Sꝫ si ꝯfessor scit peccatum alicuius non solum per confessionem: sed etiā per aliū moduꝫ puta q2 vidit vel audiuit ꝑ talem ꝛ taleꝫ modū pōt dicere ꝙ illud vidit vel audiuit: dūmodo nō dicat se scire illđ ꝑ confessionē: nec refert vtrū prius per ꝯfessionē audiuerit: ꝛ postea per aliuꝫ modū sciuerit ꝛ econuerso. In quo casu. s. si prius sciuit peccatū ante confessionem non oportet ꝙ ꝓtestetur se nō recipere illud ī ꝯfessione: q2 sine protestatione pōt dicere q̄ꝫtū scit extra ꝯfessionē: nec tn̄ dꝫ hoc dicere sine magna cā ꝛ rōabili. Itē ſm eundē Pe. cum cōfessio nō auferat ꝯfessori ius suuꝫ: nec ꝯferat ei ius nouū in alio foro: qcquid videt' ꝯfessori faciendū vel omittendū ꝓ bono ipsius confitentis: vel ꝓ bono

cōi pōt facere vel omittere: dūmō propter hoc non reueletur cōfessio ad qđ solū obligatur: lȝ alias illud non eēt facturus. Unde si p ꝯfessiōem prioris vł alterius scit abbas ꝙ nō expedit priori tenere monasterium: ꝛ sit talis qui alias ad libitum potest amoueri: expectet quousqȝ sine nota reuelatōis possit eū amouere: ꝛ tunc statim amoueat: cum enim ex audientia ꝯfessionis non obligetur ad aliquid nisi ad celanduȝ: ꝛ si obligaretꝛ ad aliqđ: hoc esset ad medēdum aīe penitentis: sicut medicus absqȝ tamen reuelatione confessionis: ex quo aliquem in cura suscipit: tenetur sibi dare remediū cōtra recidiuū: ꝛ sic in proposito qȝcito pōt amouere amoueat quem ēt sine hoc amouere poterat. Si aūt talis erat qui nō sine iusta cā amoueri poterat cū audientia ꝯfessionis nulluȝ ius sibi prebeat in alio foro in quo nō ꝯstet sibi vt iudici amoueri non potest. Idem Tho. ¶ Item quia prelatus licentiā intrandi ciuitatem siue villaȝ subdito dare potest ad libitū: vel negare: lȝ alias non eēt negaturus ꝓpter periculū qđ ex sola cōfessione nouit: negare potest: dū tñ ex hoc suspicio non oriatur. In occulta tamē semper monere potest illum qui cōfessus est: quia hoc non est reuelare cōfessionem. Similiter curatus propter cōfessionem potest negare cōionē qñ eā dare alias tenetur: vt in paschate: alias sic dicens: Tibi non teneor nunc dare non obijciens de crimine confesso: non ꝓpter hoc dicitur reuelare ꝯfessionē. Sed si alicui conquerenti ꝯ suū parochialem sacerdotē: quia non vult sibi dare eucharistiā: ipse sacerdos coram alijs diceret ꝙ hoc facit: qꝛ hȝ peccatū a quo non pōt absoluē: ꝛ ipse non vult ire ad epm: hoc eēt reuelare ꝯfessionē qȝuis ipse non intēderet hoc: qꝛ grauitatem peccati expressit. Hec Pe.

¶ Et idē ē cū dicit se audiuisse quēdā noīando eum: ꝛ non absoluisse. Silr de epo qui per confessionem nouit corruptionem monialis que petit benedictionē: qꝛ aut est casus in quo tenetur ꝛ tunc negare non debet: qꝛ si p ꝯfessionē eiusdē sibi ꝯstat: non tamen sibi constat vt iudici in illo foro ī quo sicut ab ordinario monasterij petit mōialis benedictionē: ꝛ quelibet pro seipā. Si āt hoc scit per confessionem eius qui vidit: vel qui eam corrupit: non sufficiēt ꝯstat: etiam si extra ꝯfessionem dicat: vnde negare non dȝ. Si autē aliter scit non tenetur benedictionem impartiri: ꝛ potest sine reuelatione ꝯfessionis negare: ita confitenti: sicut non cōfitenti: Et quod dictū est de benedictione monialium scilȝ virginum: idem est đ benedictione abbatissarum: vbi virgines cōiter benedicuntur ꝭm quosdam qui dicūt ꝙ licet aliqua possit esse abbatissa vidua: sicut Paula matꝛ Eustochij tñ absurdum eis videtur ꝙ monialibꝰ benedictis possit abbatissa preesse carēs illa benedictione: sicut etiam ꝭm iura ꝓfessis non debet nouitia preferri in abbatissam: immo nec professaȝ tacite: nec expresse. de elec. c. indemnitatibus. in prin. li. 6. quia tamen quod non est ꝓhibitum concessum est: ideo videtur ꝙ benedictio abbatissarum quarūcūqȝ ñ requirat virginitatē magis qȝ abbatū cū non sit iure cautum: sicut de benedictione virginuȝ. Pe. de pal. Similiter

q3 homo habet liberam electionē per
solam ↄfessionem: l3 per solā ↄfessionē
sciat aliquē indignū ad plationem ad
quā eligitur quē alias putabat dignuʒ
nō d3 eligere ex ↄscīa sibi sic dictante:
q3 eligendo sciēter dignū vel indignuʒ
negocium gerit inter ipsū ꝛ deuʒ. Un-
de potest etiam ex his que scit vt deus
iudicare: ita ꝛ in ꝓposito: sed bene pu-
tareʒ ꝙ pateretur penas iuris: puta ꝙ
eēt priuatus iure eligendi: ꝛ a fructibꝰ
ꝑ trienniū suspēsus: q eligeret illū quē
scit vt deus īdignū: sed nescit vt homo
q3 de his que scit homo vt deus: soluʒ
deum h3 vltorem: non hoīem ꝛ huius-
modi. Pe. Quāuis autē dimidiā do cō
fessionem non sit ibi sacramentū tenet
tñ sacerdos celare: quia pars est sacra
menti. Pe.

¶ Qui teneantur ad sigillum confessiōis §. 8.

Dicit Pe. de pal. vbi. s. ꝙ ad ce
landum ↄfessionē tenet is qui
ↄfitetur licite: vł illicite media
te vel imediate. Unde ꝛ non sacerdos
qui in casu necessitatis audit de mor-
talibus ꝛ venialibus. Itē interpres quē
ꝓ se penitens adhibet. Item qui casu
audit. Item cui de licentia confitentis
reuelatur. Item qui se ↄfessoreʒ fingit.
Itē qui latenter abscōditꝰ confessiōes
audit: qđ ē sacrilegium: ꝛ iniuriā facit
sacramento. Itē cōfessor anteq̄ȝ absol-
uat: ꝛ etiam qñ ñ absoluit tenetur cela
re. Itē nota ꝙ cuʒ quis recipit aliquid
sub sigillo confessionis: q̄ȝuis ei non fu
erit ↄfessus dicens illud: tñ debet ita se
cretū tenere: ac si hr̄et in ↄfessione: non
q̄dē rōne sacramenti qđ ibi non est: s3
rōne ꝓmissi si ꝓmisit illud sic celare.
Hec fm Tho. ꝛ Pe. de pal. Dicunt tñ
Tho. ꝛ Pe. ꝙ homo non debet aliq̄d
de facili recipere in confessiōe. Addit
quoq3 Pe. de pal. ꝙ qui tradidit vł ac
cepit in confessione aliquid qđ non est
confessio: videt facere irreuerentiā sa
cramento: cū nil sit eque celandum eo
ꝙ scit in confessione. Similiter cū qs
accepit ab aliquo ↄsilium recōmendāſ
vt illud teneat secretum tenet ad celan
dū: ꝛ frangēs qđlibet istoꝝ sigilloꝝ siū
secreti siue ↄfessionis peccat mortalit
Et tñ que quis recipit sub sigillo cōfes
sionis: ꝛ non in confessione: ñ plus obli
gant q̄ȝ si quis iurat tenere secretuʒ ali
quid. Unde cū aliquis qñ iurat celare
aliquod malum qđ manifestando cuʒ
alijs possit impediri: illud malum au-
fertur: vt ꝑditō aliqua ꝛ huiusmodi te
netur manifestare non obstante iura-
mento. zz. q. 4. c. inter cetera. Ita ꝛ qđ
accepit sub sigillo ↄfessiōis: ꝛ non ī cō
fessione.

¶ Ad que se extendat sigillum confessionis. §. fi.

Dicit Tho. in. 4. ꝙ directe non
nisi ad illa que cadunt sub sa-
cramentali confessione. Indi-
recte aūt non solū se extendit ad ea q̄
audiuit sub ↄfessione vt peccata: s3 oīa
alia ꝑ que possit peccator vel peccatuʒ
deprehendi: vt si diceret ꝙ nō absoluit
eū vel talē cuiꝰ impedimētū cognouit
ꝑ ↄfessionē solū: non ē talis vxor: nihi-
lominus alia etiam que in confessione
dicūt ñ ꝑtinētia ad ↄfessionē sūmope
sunt celanda: tum ꝓpter scādalū: tum
ꝓpter ꝓnitatē q̄ ex ↄsuetudine sequit
ad dicendū audita in ↄfessione. Tho.
Pe. de pal. melius ꝓseq̄t istam mām

dicens ꝙ directe ⁊ principaliter pecca
ta ꝯfessa ⁊ circūstātie: in q̄ʒtū hui⁹mōi
⁊ ꝑsona tertia cum qua quis ꝯfitet̄ se
peccasse cadunt sub sigillo cōfessionis
lʒ quidā hoc negēt de ꝑsona cum qua
qs confitetur se peccasse: qđ tn̄ ipse re
probat: ⁊ qn̄ per locutionē de peccatis
confessis potest deueniri per se vel ꝑ
accidens directe vel indirecte: vel per
quencunqʒ aliū modū in aliquam co-
gnitionem vel dubitationeʒ vel opina
tionē vel suspicionē de ꝯfessione: vel in
q̄ʒtum pōt ei eueniri detrimentū in aīa
siue in corpore siue in fama possessiōi-
b⁹ vel amicis: vel pōt ꝓpter hoc scāda
lū in pplō generari: vel ꝯfessio magis
odiosa vel nimis dilata: vel magis one
rosa: vel min⁹ preciosa reputari: dʒ cō
fessor ab h⁹modi locutionib⁹ abstinē: ⁊
q: raro vel nunq̄ʒ pōt contingere: qui
ex reuelatione peccatoꝝ in confessiōe
scitoꝝ: ⁊ non ꝑ aliam viam possit seq
aliqđ de p̄dictis incōueniētibus: q̄ʒuis
forte nullum ꝯtingat: dʒ multū cauere
ꝙ non dicat peccata audita in cōfessio
ne q̄ʒtūcunqʒ gn̄aliter loq̄t̄: vel quō di
cat hec Pe. Et magister vmbertus dic̄
ꝙ cauendum est ne vnq̄ʒ dicat quis in
sermone vel alia locutione. Ego audi-
ui hunc casum in ꝯfessione. nec vnq̄ʒ ēt
debet dicere ꝙ in illa abbatia vel ca-
stro vel villa vel ciuitate in quibus au-
diui confessiones fiunt multa peccata
⁊ h⁹mōi: q: ꝓpter hoc credunt simpli
ces ꝙ hoc sit reuelare ꝯfessionē: q̄ʒuis
nō reuelet̄ ꝑ talia v̄ba. Ne ex h⁹modi
locutiōe posset pcc̄m alicui⁹ depreben
di dicēdo āt: Iste ē mihi confessus sua
